

ti, ac terrae mandati, ut dicebant autores fecunda sententia supra relata: in quo autores prima & secunda sententia conveniunt, neque ab eis Molina hac in parte diffidet. Ratione enim eius iuris ad rem ascripto comparati ad eam penam, ea pena est iam veluti fructus fisci, non perceptus, neque ad maturitatem perductus, sed quasi feminatus, ac terrae mandatum, sicutque illo imperfecto modo iam debitus, & quasi annexus, & adherens. Observo deinde, siue pena fiscalis sit ipso iure statuta, siue non, nondum habere rationem fructus percepti, sed percipiendi, dependenter ex eo, quod sententia condemnatoria feratur, & executioni ea sententia mandetur: ante sententiam enim executioni mandata, pena fiscalis non habet rationem fructus ex fisco & iurisdictione percepti, sed adhuc percipiendi: modo ante sententiam executioni mandata, non comparati fructus, aut principis ratione fisci, ac iurisdictionis territorialis, dominium eius penae, sed solum ius ad illa, aut in illa, perfectus, aut minus perfectum, liciteque delinquens, eam retinet, ut suam adluentiam post latam sententiam, interim dum non exigitur, & sententia executioni non mandatur, ut disput. 66. & disput. 95. dictum est, potestque illam praescribere adversus fiscum, cum scientia, quod ita debetur, & quod lata sit sententia condemnatoria, ut eisdem disputationibus dictum, ostensumque est. Quare, utique ad executionem sententiae, pena fiscalis non habet rationem fructus ex iurisdictione percepti, sed pendentes, maturi tamen, & apti omnino ad collectionem, si lata sit iam ultima sententia condemnatoria, solaque desit executio, vel magis, aut minus, elogari a maturitate & perceptione antelata sententiam, prout solum fiscus acquirere ius ad rem comparatione talis penae, vel ius in re, & prout plus, aut minus, desit sententia condemnatoria.

His ita constitutis, ut rem latius definiamus, dicendum est. Si agamus de haerede grauo restituere dominium iurisdictionis comparatione fideicommissarii, de emptore, aut usufructuario (qui non sit maritus comparatione dotis vxoris) eiusdem dominij iurisdictionis, tunc a puncto cessionis fideicommissi, emptiois celebratae, ac finiti usufructus, penas omnes fiscales ob delictum antea commissum, quae mandata non fuerint executioni, pertinere ad fideicommissarium, ad emptorem, atque ad dominum directum, finitum usufructu, in principio huius disputationis esse comprobatur. Quod vero attinet ad possessorem maioratus, comparatione successoris, ad Episcopum, comparatione successoris, aut in hoc regno comparatione camerae Apostolicae tempore sedis vacantis, & ad maritum usufructuarium tempore constantis matrimonij, comparatione maioratus vxoris, aut alterius illius iurisdictionis, dicendum est. Si delictum commissum sit post testatum natiuitatis Domini eius anni, in quo iurisdictione deuoluitur ad alium, aut in maritum post vltimum annum matrimonij a die, quo supra dictum est, supputari debere, atque intra eundem annum feratur sententia, & pena executioni mandetur, tunc eam penam annumerandam esse cum reliquis fructibus eius integri anni eius maioratus, Episcopatus, aut dotis vxoris, atque omnes eos fructus diuidendos esse inter antecessorem, & successorem, aut inter maritum, vel haeredes mariti, & vxorem, vel haeres vxoris, pro rata partis eius anni, in quo antecessor obtinuit maioratum, vel Episcopatum, aut in quo perseverauerit matrimonium, iuxta ea, quae supra dicta sunt. Si vero delictum fuit commissum ante eum annum, sed exe-

quatio pena fiscalis facta fuit in eo anno, vel post eum annum, vel de iudicio commissum fuit in eo anno ante mortem antecessoris, vel ante matrimonium dissolutum, & penam mandatae post executionem post eum annum, tunc de eiusdem pena fiscalis idem dicendum est, quod de alijs fructibus maioratus, Episcopatus, aut dotis, qui non percipiuntur singulis annis, sed longiori tempore: atque iuxta proportionem temporis, a commissio delicti in quo antecessor obtinuit maioratum, vel Episcopatum, aut perseueravit matrimonium, ad reliquum tempus, vltique ad eam penam mandatae executionis perceptum, ve fructum eius penae fiscalis, cuiusdi ea pena debet inter antecessorem, & successorem aut inter maritum, vel haeres mariti, & vxorem, vel haeres vxoris. Atque eo modo diuidi, dissoluto matrimonio, debet pena fiscalis maioratus, tam mariti, quam vxoris, in hoc Castellae regno, & in Lusitania, ad effectum, ut pars penae proportionalis, qui respondet tempore constantis matrimonij, pertineat ad bona superlucrata, diuidenda inter virum & vxorem. Lex vero in comitijs Pincianis lata, quae supra ex Molina retulimus, nihil cum nostra sententia haereticus applicata pugnat illa enim non loquitur de pena fiscalis, sed de pena, aut parte penae, applicata iudici ferenti sententiam condemnatoriam de crimine: quae sane merito applicatur iudici, qui in prima instantia sententiam tulit, et sic illa fit appellata, & postea approbata fit per iudicem, aut iudices superiores. Haec sunt, quae ex natura rei, de iurisque rigore, mihi dicenda videntur. Si vero alicubi contrarium sit receptum, expendendum erit, num in eo loco consuetudo sit praescripta, cui sit standum.

D I S P U T . 636

Dominium, & possessio, tam civilis, quam naturalis, delato maioratu, iure Castellae ad sequentem successorem, ipso iure, absque vilo profus actu, tranfit.

S P M M A R I U M

- 1. Maioratu delato, continuo tranfit ipso iure absque alia apprehensione dominium, & possessio tam civilis, quam naturalis, verum omnium maioratus ad immediate ad eum uocatum, et alio possessorem apprehenderit.
- 2. Qui ita comparat possessionem civilem ac naturalem, non potest autoritate propria expellere alium a tenentia & insistentia in rebus maioratus: si tamen tempore antecessoris alius adquisierat possessionem verum aliquarum maioratus, quam praedecessor amiserat, possessio earum verum non tranfit in successorem.
- 3. Possessio, quam ita comparat maioratus successor, non est ficta, sed vera, habetque effectus omnes possessionis.
- 4. Possessio etiam iurium incorporalium, tranfit in immediate uocatum, etiam in ventrem, hoc est, in illum dum est in utero matris: & tranfit eiusdem rationis cum ea, quae erat in praedecessore, sed alia numero.
- 5. Praedicta omnia habent locum, etiam si maioratus ex peculiari Regis facultate institutus non sint, & etiam si sint capella, anniverfaria, & alia in maioratu modo instituta.
- 6. Maioratus Lusitanis praedicta non competunt.

Hoc quoque ad successionem in maioratu spectat: a quo de causa est hoc loco explanandum. Ut in calce disputationis 3. & disputationis 12. dictum

etiam est, de iure huius regni. Tauri, quae est. l. 8. tit. 7. lib. 7. non collecta est in tantum, ut mortuo vltimo maioratus possessore (sicut intelligendum est, delato maioratu ex qua cum alia causa, & cum sit par ratio) continetur, absque vilo actu, vi dispositionis eius legis, ipso iure transeat possessio, tam civilis, quam naturalis, rerum omnium institutorum, in immediate, iuxta eius maioratus institutionem, & successorem, esto alius in vita antecessoris apprehenderit earum rerum possessionem, aut antecessor ea illi tradiderit. Cum autem, existente in aliquo legitimo titulo ad dominium rei alicuius comparandum, continuo, atque is possessorem eius rei acquirat, comparat etiam eiusdem rei dominium, utique ex eadem lege constat, non solum tranfire in sequentem successorem ipso iure possessionem civilem, & naturalem, sed etiam dominium. Verba legis. 45. haec sunt. *Mandamos, que las cosas, que son de mayorazgo, agora sean nulas, o fueren, a no de otra qualquier calidad que se en, muerto el tenedor del mayorazgo, sin otro acto de apprehension de posesion, se traspasela posesion civil, y natural, en el siguiente en grado, que se cum la disposicion del mayorazgo, deuenir a suceder en el, aunque aya otro tomado la posesion de las en vida del tenedor del mayorazgo, o el muerto, o el dicho tenedor, se aya dado la posesion de las.*

Quidam arbitrantur, legem hanc, quod attinet ad dominij translationem, fuisse, mortuo vltimo maioratus possessore, habuisse ortum ex l. quoties, C. de donat. quae sub modo, quasi ex ealge colligatur, si aliquid alicui donatum sit sub modo, vel post tempus aliquod denentur ad alium statim, transacto eo tempore, dominium illius, absque aliqua traditione, tranfit ipso iure in eum alium. Nos vero contrarium ostendimus disp. 3. citata, & fuisi disp. 265. Potius vero ex parte videri habuisse originem ex l. 7. tit. 4. par. 5. qua in hoc regno sancitum est, in eo euentu, tum dominium rei illius, tum etiam possessionem, tranfire in alium ipso iure, absque aliqua traditione, ut vtraque disputatione cum Roderico Xparez, Greg. Lopez & Molina dictum, ostendimusque a nobis est. Lex vero haec nostra Tauri id vniuersum in successione in maioratibus statuit, etiam si vltima voluntate, aut quouis alio modo sint instituti: statuitque id, non solum de dominio, & possessione civilis, sed etiam de possessione naturali: praeterea id statuit, etiam si possessio in morte, aut in vita, vltimi possessoris, in alium esset traslatata: quare longè amplior est haec nostra lex, quoad maioratus, quam lex illa 7. quoad eam donatione sub eo modo.

Lex. 45. Tauri, statuta multa Galliae, & Italiae, imitata videtur, de quibus disp. 3. & 12. dictum est, quae, vna cum rerum hereditariarum dominio, etiam possessionem in haeredem absque aliquo actu, vero, vel ficto, ipso iure et ipso tranfmittunt; quod haereditatem adit. Ceterum, ut cum Tiraquello Molina lib. 3. de primog. cap. 12. nume. 14. ait, possessio illa solum est civilis, non vero naturalis: vi autem legis 45. Tauri etiam possessio naturalis rerum maioratus tranferitur, persequitur ex ea constat. Praeterea statuta illa Galliae, & Italiae (excepto quodam Mediolanensi, quod nullam pronunciat possessionem, cum quod post mortem eius, cui iure haereditario est successedum, tertius alius aut haereditatem aditam occupauerit) non tranferunt in haeredem possessionem rei haereditariae ab alio occupatam ante mortem, vel post mortem eius, cui esse succedendum, ut eodem Tiraquello & alijs, Molina vbi supra n. 7. affixit mater. vero. 45. Tauri, possessionem rerum maioratus, siue ante mortem vltimi possessoris, siue post, & siue autoritate eiusdem vltimi possessoris, siue sine illa, ab alio occupatam, traserit ipso iure in legitimum in eo maioratu successorem, ut ex eadem leg. liquet.

Observat tamen ibi num. 2. Molina cum Baldo, Tiraquello, Greg. Lopez. l. 7. tit. 4. par. 5. ver. *possessio*, & cum alijs, quos citat, etiam l. 45. Tauri possessionem civilem & naturalem tranferat in legitimum successorem, esto ab alio sit accepta, suam tamen legitimum successorem, non posse sua propria autoritate expellere ab ea tenentio rerum illa, qui possessionem eius, aut rerum maioratus, habet occupatam: sed teneri adire iudicem, & proponere inter dictum, de quo disputatione sequenti eicit sermo, occupatamque habentem possessionem citare, iudicem, que autoritate eum expellere: non quidem a possessione civilis, aut naturalis, cum neutram is retinere habeat, sed vtraque, vi leg. 45. Tauri, translata sit in ipsum legitimum successorem: neque esse possit simul eandem rem in solidum possidere eodem modo: sed a nuda tenentio, & insistentia in rebus illis, que tenentio, & insistentia, cum possessio non sit, habere non potest effectus possessionis, de quibus disputatione 16. dictum a nobis est: quare praescribere eam rem, aut res, non poterit ea tenentio, neque lucrari fructus earum, neque poterit alium possessionis effectum habere ex ijs, quos disputatione citata explicauimus. Ita Molina vbi supra num. 18. & Ant. Gom. leg. 45. Tauri. num. 17.

Item obseruat bene Molina vbi supra num. 17. cum Tiraquello, quando vltimus maioratus possessor, tempore mortis, non habebat possessionem rei, aut rerum aliquarum, maioratus, vel civilium, vel naturalium, sed illa erat apud alium, non quidem tradita illi, ab vltimo maioratus possessore, sed aliunde, tunc eam possessionem, que illo modo erat apud alium tempore mortis vltimi possessoris, non, tranfire in nouum successorem, sed manere apud eum, qui illam habebat: neque enim lex. 45. Tauri intendit, aut potest, spoliare hunc tertium ea sua possessione rei, aut rerum, maioratus: sed de eiusdem possessione perinde est tenendum, ac si non esset possessio rei maioratus.

Possessio civilis, vel naturalis, quae absque vilo actu, vero, vel ficto, ipso iure tranferitur, aut acquiratur, vi vnus, aut cuiuslibet alterius legis, vel statuti, est vera & propria possessio, & non ficta, quaequid aliquid dixerit Balduus in contrarium, habetque effectus veracae propriae possessionis. Etenim possessio ius quoddam est, quod vi legis potest concedi: & quatenus regulariter, stando que in feto genitum iure, apprehensione acquiratur; at tamen pendet multum ex dispositione iuris humani, qualiter acquiratur: quare sicut ius humanum statuiere potuit actus fictus, quibus possessio compararetur, de quibus disput. 13. dictum est: ita statuiere potest, vi inter dum, vi legis, qua id statuit, acquiratur ipso iure absque vilo profus actu. Ita doctores, quos referunt ac sequuntur Molina vbi supra, num. 19. & Ant. Gom. l. 45. Tauri, numer. 11. Gutier. de pract. questio. lib. 2. o. 37. a nu. 7. & probat petre. c. contingit de dolo & cont. vbi actor, in euentu illius capitis, elapso anno, vi eiusdem capitis, ipso iure verus possessor constituitur: licet enim habent verba illius; *verus constituitur elapso anno possessio*.

Cum possessio civilis & naturalis rerum maioratus, transeat, mortuo priori possessore, ipso iure, vi legis. 45. Tauri, in proximam ad eum maioratum vocatum, constat nec momentum dari post mortem vltimi possessoris, in quo proximam ad eum vocatum non obtinet eam possessionem civilem, & naturalem, ut ex se est facti perceptum, & affirmat Molina vbi supra cum alijs, quos citat. E se vero eisdemodi possessionem civilem & naturalem, que tranfit in proximam vocatum, distinctam numero ab ea, quae erat in praedecessore eiusdem maioratus possessore, tamen si civil-

eiusdem rationis & speciei cum illa, si ille tempore mortis erat in possessione rerum maioratus, ex le est notissimum: alioquin possessio eadem numero tranfret de subiecto in subiectum, quod lex humana non potest efficere; idque affirmant Molina vbi sup. numero 22. & Ant. Gom. l. 45. Tauri. num. 14. Transiit verò in proxime vocatum, non solum possessio rerum corporatarum maioratus, sed etiam iurii incorporatum eiusdem maioratus, quæ quali possessio à multis appellatur, vt disputa. 2. 3. & 12. dictum est, potestque appellari possessio latè vt ibidem dictum etiam est. Quod autem ea quoque possessio in eum transeat, & ex le satis liquet, & affirmant. Molina vbi sup. nu. 23. & alij, quos refert. Quia verò possessio, de qua lege 45. Tauri est sermo, ipso iure tranfit in proxime ad maioratum vocatum, absque vilo impedimento, vel ignorantes, modo proximè ad maioratum sint vocati. Ita doctores, quos Molina vbi supra nu. 24. & Ant. Gom. l. 45. Tauri. nu. 11. referunt ac sequuntur. Quia etiam ratione, vt ibidem Molina subiungit, tranfit etiam in ventrem, hoc est, in matrem prægnantem, ratione factus, quando factus, si in lucem edatur, proximè vocatus est, iuxta l. 1. & sequentes, & ea que ibi doctores notant, ff. de ventre in poss. mite.

Dubium est, vtrum lex 45. Tauri, quoad translationem ipso iure possessionis ciuilibis & naturalis bonorum maioratus in proxime ad eum maioratum vocatum, intelligenda sit solum de maioratibus regia facultate institutis, an verò etiam de cæteris maioratibus, qui propria autoritate, iuxta legum præscriptam facultatem, instituntur. Anto. Gom. l. 45. Tauri. num. 11. de primogen. c. 1. num. 26. & Gutier. lib. 21. q. 1. præf. q. 86. referunt, tenent, intelligendam esse de solis maioratibus regia facultate institutis. Ductur, quoniam ibi solum nomine maioratum in hoc re gulo intelliguntur. Contraria tamen sententia est pro eisdem affirmanda, nempe etiam de reliquis maioratibus, & annuifarijs, seu capellis, similibusque; rebus, que in modum maioratus instituntur, esse intelligendam. Ita affirmant Rodericus Xuaraz alleg. 19. ver. sed omnia ista, Couar. 3. var. ref. ca. 5. nu. 6. Padilla in Rub. C. de fideicommiss. num. 9. Molina, lib. 1. de primogen. ca. 1. num. 25. & 26. & lib. 3. ca. 13. num. 62. Gutier. q. 86. citata, iuncta. q. 85. antecedente, & alij quos Molina & Gutier. citant. Ratio autem est, quoniam lex 45. Tauri de rebus maioratum indistinctè & vniuersim loquitur: nomine autem maioratum in hoc Castellæ regno, etiam illi intelliguntur, qui non ex peculiari facultate Regis instituntur: qui enim iuxta legum præscriptum ex priuata autoritate instituntur, vtique ex regia facultate, tamen non particulari, sed omnibus communj, instituntur: facultas quippe legis, facultas est Regis, qui eam legem tulit, vt bene Molina. nume. 25. citat. ait. Et quòd nomine maioratus, etiam illi in hoc regno intelligantur, qui sine peculiari Regis facultate instituntur, constat aperte. ex l. 44. Tauri, que sic habet. *El que biziere mayorazgo, aun que sea con autoridad nuestra, &c.* Cum enim hæc lex dicat, etiam iussu autoritate nostra fiat, manifestè supponit, & affirmat, eum, qui sine ea particulari autoritate sit, esse in hoc regno, & dici maioratum. Item lex 8. (que est 45. Tauri) & dicit sequentes, tit. 7. lib. 5. nouæ collect. de quibus dispositione sequenti erit sermo, de eisdem maioratibus loquuntur, vt est perspicuum: lex verò, 10. sic habet. *Mandamos, que en los pleytos y negocios, sobre bienes de mayorazgo y vinculados, que conforme a la ley passada, &c.* Vbi vides, pro eisdem reputare bona maioratum, & bona vinculata, quocumque mo-

do vinculata sint. Denique nomine maioratum, in hoc regno intelligi etiam eos, qui sine peculiari Regis facultate instituti sunt, facile constat ex dictis disputa. 576. & 577. atque ex cæteris sequentibus in toto hoc de maioratibus tractatu.

In Lusitania, neque dominium, neque possessio ciuilibis, aut naturalis tranfit ipso iure, mortuo vltimo possessore, in proximè ad maioratum vocatum, sed indiget apprehensione per actum verum, aut fictum. Emmanuel Acofta in. quaest. de patris & nepote parte 3. numero 15. ex scriptis maioratus eius regni de bonis coronæ regni, in quibus contendit ex verbis quibusdam legis mentalis transire ipso iure dominium in proximè vocatum; non verò possessionem. Ipsum legito.

DISPV. 637.

De remedio possessorio, quod maioratus successori ex l. 45. Tauri solet concedi pro consequenda actuali tenura rerum maioratus.

SUMMARYM.

1. Quod summarium remedium in hoc regno concedatur, & intra quantum tempus, aduersus tenentem occupata bona maioratus, qui præcedit ipsius esse legitimum in eis bonis successorem, vt ille alius tenentur coram honorum spectetur. Neque postea comitatur, nisi de proprietate.
2. Maioratus qui se præcedit esse legitimum successorem aduersus tenentem bona maioratus, eamque tenentem ei denegantem, vt intentare possit remedium possessoria adimplenda, retinenda, & recuperanda possessionis.
3. Successor in maioratu, qui acti ualem possessionem acciperet, si ab alio denegatur inuitu, quod dicitur si legitimus successor, deiecit intra sex menses comitatur remedium in supremo regni senatu, ad huc ciuilem retineat possessionem, & recuperanda, si fuit omnino deiectus. Quod si non comitatur, tenentur deiectus, non comperit ei id summarium remedium, sed agit solum coram iudicibus ordinarijs.
4. Remedium summarium possessorium, de quo est sermo, admixtam habet causam proprietatis, neque ei conceditur, qui non ostenderit, se esse legitimum successorem.
5. Idcirco aduersus illud admittuntur exceptiones circa proprietatem, modo intra tempus eius remedium comitentur.
6. Appellari a sententia circa possessionem non potest de iure communi: scilicet de iure Castellæ, habet; ea appellatio effectum suspensiuum. Quando in possessione admittitur causam proprietatis, habet de iure communi locum appellatio, etiam quoad effectum suspensiuum. Remedium verò circa tenuram maioratus, admittit supplicationem, quoad effectum deuolutiuum, & non quoad suspensiuum.
7. Testes examinandi circa causam tenuræ maioratus, non iterum examinandi postea sint in causam proprietatis.
8. Sententia circa possessionem non parit exceptionem rei iudicatæ circa proprietatem. Et quid quando inuoluitur causam proprietatis solum incidenter. Et lata circa tenuram maioratus, eam non parit.
9. Res libera prescribitur, & non feudis, aut maioratus, et alio modo, qui cædit ad de uoluitur tanquam libera, & non tenenda alius tanquam feudis, aut maioratus, nisi in possessionem debet, nisi contrarium in continet probetur.

Maior.

10. Maioratus vltimo possessori se femina proximior in gradu sit, & cesset reperi. alicuique contentat. maioratum ad se pertinere, quia illa excluditur, ad iudicanda esse femina. tenent, nisi alius in continet probet eam excludi.
11. In possessionem maioratus est venter mittendus, quo testis, si ex eo masculus nascatur, ita succedit, cu cautione præstita à matre, quod si masculus non nascetur, restituet fructus, præter ventris alimenta, successor.
12. Carbonarium edictum quod sit, quod re privilegium continet comparatione impuberis, etiam dum in ventre matris est inclusus, latè explanatur.
13. Carbonarium edictum locum non habet in maioratibus huius regni. Et quando causa status in tempus pubertatis differenda.

**H**oc loco supponimus, quæ disp. 16. de re medijs possessorijs dicta à nobis sunt. Quod verò ad rem præsentem attinet; quamuis, vt dispositione præcedente dictum est, mortuo vltimo maioratus possessore, aut ex quacumque alia causa delata ex illo maioratu, possessio, tam ciuilibis, quam naturalis, rerum maioratus, transeat ipso iure, vt legis. 45. Tauri in legitimum in eo maioratu successorem; quia tamen sæpe euenit, vt alius, qui inuult præcedit se esse eisdem maioratus legitimum successorem, in detentione bonorum illius perit hinc, eamque armis ac violentia defendat; necessarium fuit de opportuno remedio vero ac legitimo in eo maioratu successori, prouidere, cuius virtute, etiam tenentur, breuiter ac summarie confectur, rixæque, tumultus, seditiones, ac cædes, quæ ex eiusmodi contentione oriiri solent, euertantur. Hæc de causa ad exequutionem & declarationem legis. 45. Tauri, Carolus. V. in comitijs anno, 1543. Madriti celebratis, pragmaticam edidit, que est. l. 9. tit. 7. lib. 5. nouæ collect. eaque statuit, vt mortuo maioratus possessore, si aliquis, tanquam legitimus in eo maioratu successor, possessionem in illius usurpauerit, & alius postea superueniat, qui dicat, se esse legitimum in eo maioratu successorem, ac proinde ad ipsum, vt legis. 45. Tauri, tranfit se dominium & possessionem eiusdem naturalium rerum maioratus, tenetur hic, intra sex menses ab ea possessione ab alio occupata, adire regium supremum senatum, & petere, vt ille alius à tenura eiiciatur, ac sibi, tanquam legitimo successori, tradatur; alioquin, si intra eos sex menses id non petat, alius defenditur in possessione; si hinc poterit de proprietate eius maioratus contedere cum illo in eo regio pretorio ad quod ex causa spectabit. Quando verò, intra prædictos sex menses, hic supremum regium senatum adit, citato aduersario, aliquando conceditur iudex, qui summarie de ea re cognoscet, causamque instruat, præcepto ei imposto, vt statim, ac de causa cognoscere ceperit, præscribat vtique litigantium spatium quinque in ta dierum, intra quòd dicant, probent ac præsentent coram ipso, quæ uoluerit, neque vlla rationis terminus prorogari valeat, & vt, còcluso summarie negotio intra id tempus, iudex deferat ad supremum regium senatum, in quo uideatur, nulla que admittat alia probationem, sententia à senatu feratur, quæ tanquam legitimus in eo maioratu successor, tenere eum debeat, & vt, quamuis ab ea sententia supplicetur, mandetur nihilominus continuè, absque vilo obstaculo, exequutioni. Mandata tamen sententia exequutioni, admittitur supplicatio, & præscribitur litigantibus terminus solum quadraginta dierum, qui nulla ratione possit etiã prolongari, intra quem probent, & præsentent, quæ uoluerint: eo verò transacto, iterum profertur sententia. Quod si posterior hæc sententia confirmet præcedentem, negotium remittitur

A statim ad pretorium, ad quod attinebat, vt in eo ex profecto, minime que summarie, litigetur de possessione & de proprietate. Si verò prior sententia reuocetur, hæc secunda sententia mandatur continuè exequutioni, eique maioratus tenura restituitur, qui v prioris sententia fuerat ab ea spoliatus, causaque similiter remittitur continuè ad pretorium, ad quòd attinet, examinanda qualiter denuo quoad possessionem & proprietatem. Quando autem supremum regium senatum iudicat necesse non esse mittere iudicem, qui causam examinet, ac præparet, senatus ipse constituit similiter litigantibus primum, terminum quinque in ta dierum, in quo probent, & præsentent ipsi senatus, quæ uoluerint; & postea in gradu supplicationis præscribit secundum quadraginta dierum, eodemque modo profertur, & mandatur exequutioni, prima sententia, & postea secunda, si à prexato, exequutioni mandata, sit supplicatum.

Lex, 9. citata Caroli quinti, sic habet. *Mandamos, que quando alguno, o algunos, occurrieren a nuestro consejo sobre pleytos y causas de mayorazgos, o sobre el remedio de la ley passada, &c.* Tauri præcedendo a los del nuestro consejo, que es caso, en que se deve dar iuez, le den y en la comission, que lleuare, se manden, que en començando a entender el negocio, asigne termino de cinquenta dias alas partes por todos los terminos y plazos: el qual no se pueda prorogar ni alargar, por ninguna manera, ni causa: dentro del qual los oygas, y las partes ante el dize, y aleguen, y presenten los mayorazgos, y otros titulos y escrituras y probancas, que quisieren. Y hecho y concluso el negocio de tro de los cinquenta dias, sin otra mas conclusio, ni prouexacion para lo determinar, se trayga ante los del nuestro consejo, y traydo se vea y determine, luego, sin que aya ni den lugar a otra alegacion ni probanca, y la sententia, que en ello diere, se execute sin embargo de qualquier suplicacion, que dellas se interpusiere. Y executada, se reciba la supplicacion, y de dentro de 40. dias; y no se pueda prorogar ni alargar dentro de los quales presentem y pruenen las partes, lo que quisieren, y viene que les conuenie, para que en el dicho grado de supplicacion se vea y determine lo que fuere iusticia. Y si la sententia fuere confirmatoria, se remita el negocio al Presidente y oydores de la nuestra audiencia, que hagan en el iusticia. Y en caso que la sententia, que fuere dada por los del nuestro consejo en el dicho grado de suplicacion fuere reuocatoria, que la sententia de reuista sea lleuada a pura y deuida execucion; y en cuyo favor se diere, sea puesto en la tenencia de los bienes, del tal mayorazgo, sin embargo, que la tenencia de vista aya sido executada, y no quede otro remedio, ni recurso alguno; ni el pleyto se remita ala dicha nuestra audiencia en possession y propiedad, dode las partes sigan su iusticia. Y la misma forma; y ordẽ suplico dicha, mandamos que se tenga y guarde, quando a los de nuestro consejo pareciere que se deve conocer del tal negocio en el consejo, y no embiar iuez para que en el se de los dichos cinquenta dias de termino, sin que se pueda prorogar mas, dentro del qual las partes digan y aleguen y pruenen y presenten, lo que quisieren; luego se vea el dicho pleyto, y la sententia, que diere, se execute, y executada, si alguna de las partes suplicare, se guarde y cumpla la orden susodicha. Y declaramos que lo que ansí fuere sentenciado en nuestro consejo, y executado, sea auido solamente por tenencia de bienes. Y en caso que algun poseedor de mayorazgo fallare, y el que pretende ser lleuado a tal mayorazgo, como la possession delly estuuiere en ella por medio anno, y pasado el dicho tiempo, otro yuiere a el nuestro consejo pidiendola por virtud de la dicha ley de Toro, mandamos, que en tal caso no se de iuez, ni se conozca del en el nuestro consejo, sino que se remita ala dicha nuestra audiencia.

Postea verò Rex noster Philippus Secundus anno 1560. tulit legem. 10. tit. 7. citati, lib. 5. nouæ collect. qua statuit, vt prædicta omnia eodem modo seruari-

uarentur, hoc solo excepto. Quod predicta prima & secunda sententia suprema regni tenentur, intelligitur non solum quoad tenentur, sed etiam quoad possessionem, & remissio causa ad alta pretoria, fuerit solum, vt examinaretur, quoad totam proprietatem, & non quoad possessionem, nisi in consequentiam proprietatis, Lex illa sic habet. Mandamos, que en los pleyos y negocios sobre bienes de mayorazgo, y bienes vinculosos, en que conforme a la ley pasada se conoce en el nuestro consejo, que determinados los tales negocios en vista y grado de revista, en el nuestro consejo, la remision se haga a las nuestras audiencias, tan solamente quanto ala propiedad, y no ansimismo quanto ala posesion, como hasta aqui se ha hecho: de manera que la sententia, y determinacion del consejo, sea, y se entienda ser en posesion: y que sobre lo asse sentenciado no aya, ni pueda auer, otro pleyo, y yuzico de posesion guardandose en todo lo demas todo lo contenido en la dicha ley: Lo qual se entienda y guarde en todos los negocios, que al presente penden, y de aqui adelante pendieren en el nuestro consejo: excepto en aquellos que se guarde ni entienda esta ley y declaracion.

Circa hanc et obseruandum, quod, cum legitimus in maioratu successor, mortuo ultimo possessor e, vi legis 45. Tauri, ipso iure, verè consequatur possessionem civilem & naturalem rerum maioratus, soler ex eadem lege Tauri, aduersus res eas tenentes, intentare interdictionem adipsendam eam tenentem, intentare interdictionem adipsendam eam tenentem, actualem retentionem & apprehensionem earum rerum, qua caret, & que est apud illum alium, eam petendo, vt sibi tractatur, & alius de ea eiciatur. Cui enim eiusmodi tenentia & apprehensio earum rerum, quali perfectio & complementum sit naturalis possessionis earundem rerum, vtique sicut interdictionem adipsendam competit comparatione possessionis civilis, & obtenata possessione civilis, competit comparatione possessionis naturalis, vt satis ex se est perspicuum, & Tiraquellus, ac alij, quos Molina lib. 3. de primog. c. 1. num. 2. refert ac sequitur, affirmant, exemplo adhibito in heredibus, qui ex statutis Gallie, & Italie comparatur ipso iure possessionem rerum hereditariam eo ipso, quod hereditatem aduent, & competit eis interdictionem adipsendam comparatione possessionis naturalis, quam nondum habent: ita ei, qui habet possessionem civilem & naturalem rei alicuius, aut rerum aliquarum, si caret earum tenentione & apprehensione, competit ei remedium adipsendam possessionis quoad eam tenentionem, tanquam quoad complementum & vltimam perfectionem integram omnino ac perfectam possessionis naturalis earundem rerum. Sic ei, qui possessionem civilem & naturalem rei alicuius comparauit per clausulam constituti, qua prior legitimus eundem rei possessor, ac tenor, se constituit nomine illius eam possidere, iuxta ea que disput. 13. dicta sunt, competit interdictionem adipsendam tenentionis atque apprehensionis realis eundem rei, quam ille alius adhuc tenet, nec vult tradere, vt cū Tiraquello affirmat Molina vbi supra, nu. 4. Idem verò habet locum in re proposita, cum sit eadem prorsus ratio, vt idem Molina ibidem rectè asseruat.

Addit ibidem Molina, nu. 6. cum plerisque alijs, quos citat, eum, qui prætendit se esse legitimum in maioratu successorem, non solum posse intentare interdictionem adipsendam possessionis comparatione tenentia, qua caret, sed etiam posse eorundem intentare, aut etiam simul accumulare, eam retinendam possessionem, quatenus, qui tenentur atque reale occupationem rerum maioratus ei denegat, sibi; retinet, eo ipso quodammodo eum perturbat in possessione naturali & civili, quam ipso iure, morte vl-

timi eius maioratus possessoris, cõparauit: quin adit, posse simul accumulare interdictionem recuperandam possessionis, quatenus comparatione rei alicuius, aut rerum aliquarum, eundem maioratus, poterit fortasse esse deturbatus, ac spoliatus, vel à possessione naturali, vel etiam à civili; vt illeque interdictionem esse ait, omnia accumulare, maxime addendo clausulam, quatenus sibi necessarium fuerit, sic que ait saepe vidisse actorem, qui se legitimum successorem in maioratu aliquo prætendit, petere, vt ei actualis tenentia ac possessio bonorum maioratus cõferatur, ipsum tuendo ac defendendo, & reintegrando in ea, quatenus sibi vtile ac necessarium fuerit. Ipsum legito.

Dubium est, si aliquis, vi legis 45. Tauri, mortuo ultimo maioratus possessore, tanquam legitimus in eo successor, possessionem actualem illius apprehendat, & post illam ipse apprehendat, ab alio eiciatur ab ea possessione, num competit iura deiectionis remedium summarium, in eo regio Senatus ex eadem lege 45. Tauri paulo antea explicatur, an non: sed contendere debeat de recuperanda, aut retinenda, eadem possessione, via ordinaria coram alijs competentibus de eadem rei iudiciis. Ad hoc dictum est cum Molina vbi supra, nu. 8. quatenus etiam non competit remedium adipsendam possessionis; eò quod, qui semel eam obtinuit, tali interdictione postea non gaudeat, vt disput. 16. dictum est, si tamen ille alius eum à possessione turbauit, aut deiecit, eo intuitu, quod ipse esset legitimus in eo maioratu successor, & intra sex menses, ab ita obtenta ab eo alio possessione, accedat ad supremum regium senatus, competere ei remedium illud summarium quoad interdictionem restituendam, si solum sit turbatus, neque omnino deiectus à possessione, saltem civili, omnium, aut aliquorum eorum bonorum: atque etiam recuperanda possessionis amissa. Ratio autem est, quoniam accedit intra spatium sex mensium lege 10. relata præscriptum, vt ei subueniatur eo remedio summario. Et quoniam perferatur finalis ratio, ob quam id remedium iuxta id tempus concessum est: nempe, ne ita contententes, vnus aduersus alterum, se esse legitimum eius maioratus successorem, & occupantes, aut se inuicem eicientes à possessione earum rerum, deuocant ad arma, & vt impediuntur eades, tumultus, ac seditiones. Quod si, qui ita occupasset possessionem, alterumque ab illa turbasset, aut eiecisset, non id fecisset eo intuitu, quod ipse esset legitimus in eo maioratu successor, sed aliquo alio, tunc locum non haberet remedium summarium ex l. 45. Tauri: sed eiectionis contendere deberet via ordinaria coram iudiciis, ad quos aliqui spectaret, vt rectè Molina ibidem subiungit, ac obseruat.

Obseruat optimè Molina vbi supra, nd. 9. remedium hoc possessorium, quod ex l. 45. Tauri conceditur, eius esse qualitatis, & naturæ, vt admixtam habeat causam proprietatis, neque possit illud obtinere, nisi qui prius ostenderit, se esse legitimum in eo maioratu successorem. Atque adeo ad se pertinere proprietatem. Sunt enim quaedam interdictionis possessoria eius naturæ & qualitatis, vt admixtam habeant causam proprietatis, de quibus est fermo l. 2. §. quædam. ff. de interdictionibus, cuius verba sunt. Quædam interdictiones (id est proprietatis) prosecutionem continent. Et paucis interiectis, additur. Nam proprietatis causam continet hoc interdictionem. Id dicitur l. 2. §. hoc autem. ff. de itin. act. priu. & vtrobique, atque etiam alibi, id communitè tradunt doctores: de horum numero est interdictionem quorum bonorum, de quo disput. 16. est dictum. Cum enim competit hereditibus, tam ex testamento, quam ex intestato ad adipsendam possessionem bonorum, que tempo-

re mortis erant defuncti, sanè, vt alicui, vi eius interdictionem, possessio bonorum defuncti concedatur, oportet prius doceat, se esse legitimum eius defuncti heredem ex testamento, aut ab intestato, atque adeo eo titulo ad se atinere proprietatem eorum bonorum, quorum possessionem petit. Id quod manifestè habetur l. 1. C. quorum bonorum, cuius inter alia, hæc sunt verba. Interdictio quorum bonorum, non aliter possessor constitui poterit, quam si re defuncti filium esse probauerit. Hinc Baldus, Tiraquellus, & alij rectè affirmant, quatenus statutis Gallie, & Italie, hæres ipso iure, hæreditate adita, comparat possessionem illius civilis, vt tamen de vno, quoque in particulari constet, eam comparasse, & in consequentiam interdictionem quorum bonorum possessio etiam naturalis ei tradatur, nec esse esse, eum probare, se esse legitimum defuncti heredem ex testamento, aut ab intestato. Hoc idem in re proposita satis aperte colligitur ex l. 45. Tauri, que possessionem civilem, & naturalem statuit ipso iure trahere in eum, que sequenda dispositio de maiorazgo de uenire succedere in eum, quæ quis vt talis in ea possessione defendatur, vel ad eam restituatur, aut etiam, in consequentiam eius possessionis, tenentia, beneficio ac remedio eius legis, ei concedatur, necesse est prius ex maioratus institutione, aut aliunde, sufficienter probet, se esse successorem immediatum in eo maioratu: atque ita in praxi esse receptum affirmat Molina vbi supra in xalce, num. 11.

Hinc rectè Molina vbi supra, num. 12. cum plerisque alijs quos citat, primo inter. Tam in hoc interdictione, quam in quocunque alio adipsendam retinendam, aut recuperandam possessionis, quod tantum proprietatis admittit, admittendas esse aduersus eum, qui illud intenter, exceptiones causam proprietatis concernentes. Cui enim eiusmodi interdictionem concedi illi non debeat quoad possessionem, quantumcumque sit privilegiatus, nisi si perspicue doceat ad se atinere proprietatem, vtique quæcunque exceptiones ipsum excludunt à proprietate, in preiudicium illi sunt, ne tali interdictione gaudeat. Atque hoc est, quod doctores intendunt, dum aiunt, in his interdictionibus possessoris annexam habebimus causam proprietatis, que quid proprietatis detrahit, possessionem etiam detrahere. Consentit Greg. Lopez, l. 7. titu. 4. part. 5. verb. possessionem & l. 2. titu. 14. par. 6. verb. hęc. Id verò, quod ad præsens interdictionem ex l. 45. Tauri, que est l. 8. titu. 7. lib. 5. nouæ collectio, iuncta l. 9. c. 10. sequentibus, cum summarium sit, intelligendum est, modo exceptiones, concernentes proprietatem, probentur in continenti: si enim aliter requirant indaginem, non impediunt executionem huius interdictionis, referunturque examinandæ, ac probandæ, quando de proprietate agitur: id quippe regulariter seruatur in quocunque summario iudicio, ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebell. l. si is à quo. ff. in potest. legat. 3. Subiectum est ad exhibend. glo. l. 2. verb. quatenus. Cide dicto diui Adr. roll. & affirmat Greg. Lopez: duobus locis citatis, & Molina vbi supra, nu. 15. Qui rectè reprehendit Gregorium Lopez, quatenus subiungit, id saltem habere locum, quando maioratus testamentum fuit institutus: neque enim vlla congrua ratio potest ratio, cur non idem sit dicendum quando contractus fuerit institutus. Dicuntur verò huiusmodi exceptiones in continentem probari, si intra terminum à iure præscriptum, vt ea instantia ac iudicium summarium finiatur, probentur, vt cū Barr. in extranea, ad reprimeandum verb. summario, & cum plerisque alijs; Molina ibid. nu. 6. affirmat. Qui tamen, quia e. 4. eiusdem libri, num. 44. rectè ait, in re proposita exceptiones proprietatis concernentes, probari in continentem, si probentur intra quinquaginta dies. l. 9. titu.

7. lib. 5. nouæ collectio, traditis, vt contententes de maioratus possessione probent, quæ voluerint. Molina vbi supra nu. 17. ex eo, quod interdictionem de quo loquimur, sit eius naturæ & qualitatis, vt admittat causam proprietatis, habere affirmat, quod quatenus de iure communi regulariter non possit appellari à sententia lata circa possessionem, vt habetur l. vnicia. C. si de momen. poss. fuerit appell. idq; proprietate quod damnum breue illius sententia recipitari possit dum litigabitur de proprietate, nihilominus possit appellari, seu supplicari, à sententia lata circa possessionem in maioratus, vt habetur l. 7. titu. 7. lib. 5. nouæ collectio. Vt enim ex Baldo & Tiraquello refert, quando interdictionem admixtam habet causam proprietatis, appellari potest, etiam de iure communi, à sententia lata circa possessionem. Prædictum verò est, regulariter de iure communi appellari non posse à sententia lata circa possessionem: quoniam in regio Castellæ, vt Molina ibidem subiungit, admittitur appellatio à sententia circa possessionem, etiam in interdictionem admixtam non habeat causam proprietatis: habetque ea appellatio, non solum effectum deuolutiuum, sed etiam suspensiuum, ita vt sententia vni non habeat, nec mandari possit executioni, tradendo possessionem ei, cui per eam sententiam adimicatur hæreditas, dum à iudice suspensio non est confirmata. Atque interdictionem circa possessionem maioratus, de quo loquimur, deuiat in hoc ab ea consuetudine in hoc regio introducta contra vniciam. C. si de momen. poss. sic appell. Quatenus enim interdictionem hoc admixtam habeat causam proprietatis, supplicatio tñ à sententia iuxta illam circa possessionem lata, non habet effectum suspensiuum, sed solum deuolutiuum: sententia quippe executioni mandatur, nihil impediens supplicationes, vt l. 9. citata sancitum est.

Molina vbi supra, num. 20. cum alijs, quos citat, ait. Quatenus testes adhibiti in summario iudicio possessionis, fidem postea non faciunt in petitorio, seu in causa proprietatis, sed sicut iterum examinandi, argum. eueniens de testib. l. penul. ff. de his qui sunt sui vel alie. aut. l. a. Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudice. (quod postea cum Burriacæ & Alex. limitare videtur, nisi testes, parte citata, plene sint examinati) in re tam ex proposita, testes examinatos in lite tum materia circa possessionem maioratus, fidem postea facere in causa proprietatis, neque eis iterum examinandos, Tū quia causa hæc possessionis simul admittit causam proprietatis. Tum etiam quoniam testes exactè citati; parte, hæc in causa examinantur. Addit tamen, se aliqui vidisse in causa amplissimi cuiusdam maioratus, testes super possessione ac tenentia, semel examinatos, ex consilio doctissimorum aduocatorum fuisse iterum in causa proprietatis examinatos: quod, subiungit, ad maiorem cautelam fuisse factum.

Número 22. idè Molina cum Barr. & Iaf. addit, quatenus hinc circa possessionem, etiã sit vitiosa, aut ab ea non sit appellatur, regulariter non pariat executionem rei iudicatæ circa proprietatem, sed integritas sit ita victo circa possessionem intentate litem, quo ad proprietatem nihilominus, quoniam causa possessionis adiuncta habet causam proprietatis, parere executionem rei iudicatæ, nõ fecus, ac si circa proprietatem iudicet lata. Tamen nõ in merito Alexandri, à Molina sibi dè relatus, id limitandi censens, quoniam de proprietate principaliter tractatur simul cū possessione; non verò quando solum incidit tractatur de proprietate. Ac, quicquid sit de alijs casibus, merito Molina ibidem subiungit, in re proposita, sententiam circa possessionem, non parere executionem rei iudicatæ circa proprietatem: cum aperte lege. §. de. l. 10. titu. 7. lib. 5. nouæ collectio. Sancitum sit, vt ea sententia solum intelligatur de possessione, integritateque re-

Iniquat contendere de proprietate: imò causa proprietatis non spectat ad supremum Regium Senatium, in quo remedium summarium circa possessionem maioratus agitur, atque omnino definitur, sed ad alia praxoria, ut eisdem iuribus statuitur.

9 Capite I. §. inter filium, si de feudo defuncti contentio merito lanciatur, si mortuo parente, relicta unica filia, contentio inter eam filiam, & remotiores masculos agnatos, circa prædium aliquod defuncti oriatur; agnatis afferentibus, illud esse feudale, ac proinde ipsos, & non filiam, in eo succedere, contra verò, filia afferente, esse allodialia, seu liberum, ac proinde ad se, tanquam ad heredem patris, attingere; filiam mittendam, tuendamque esse in possessione eius prædij, tractandamque esse causam proprietatis: quoniam res præsumuntur liberae, nisi contrarium probetur & consentit communis doctorum sententia, quam Molina lib. 3. de primogen. cap. 4. num. 41. refert ac sequitur. Qui iure optimo, nu. 42. cum alijs, quos refert, subiungit, idem esse, si foror succedat fratri, & remotiores cognati similes controuersiam moueat circa prædium aliquod defuncti. R. e. tamen cum alijs, quos refert, addit, si remotiores agnati in continentibus, id prædij esse feudale, denegandum esse possessione eius prædij tali feminae, & tradendam esse agnatis remotioribus defuncto.

10 Hinc oritur dubium, si defuncto ultimo maioratus possessore, filia, aut alia femina, sit illi proximior in gradu, & agnatus masculus remotior in gradu contendat eum maioratum ad se pertinere; eo quod ex illius institutione femina excludatur, existente mafculo, num femina propinquior sit mittenda in possessionem, seu in tenentam illius, ut postea de proprietate contendatur. Respondetq; bene Molina, cap. 4. citato num. 44. & c. 13. num. 23. non esse mittendam in possessionem, seu in tenentam, sed examinandam esse causam possessionis permixtam cum proprietate intra quinquaginta illos dies. l. 9. tit. 7. lib. 5. noue collect. præscriptos: ferendamq; esse sententiam circa tenentam ac possessionem in supremo regio senatu, ut legem illa, & 10. sequenti statuitur. Si enim intra id tempus remotior agnatus, ex institutione institutionis maioratus, aut aliunde, perpicue ualuerit probare, feminam ab eo maioratu excludi, tunc, iuxta earum legum dispositionem, dicitur in continentem id proballe, ac proinde ipse, & non femina propinquior, admittitur ad possessionem eius maioratus. Quod si intra id tempus non potuerit id perspicue probare, cum præsumptio sit pro femina propinquiore, eo quod ex l. 40. Tauri, & ex l. 2. tit. 1. par. 2. ea excludat masculum remotiorem in gradu, nisi contrarium statuerit maioratus institutor, utique tunc ea femina mittenda erit in possessionem eius maioratus.

11 Dubium deinde est, si maioratus institutio excludat omnino feminas, num, si possessor maioratus sine liberis masculis decedat, ceterum relicta vxore prægnante, ventrem mittendus sit in possessionem, propter spem, & uersimilitudinem, quod filius nascetur: an non, sed proximior masculus in gradu, qui iam est superstes, sit in possessione mittendus. Auendanius responsione. 28. censet, facta diligenti inquisitione, an prægnas sit, & adhibitis postea custodijs, & cautelis, de quibus l. 1. §. de inspicendo. ff. de ventre inspicendo, & l. 17. tit. 6. part. 6. neque ventrem, neque proximiorrem masculum, esse in possessione mittendus, sed constitutum esse curatorem bonis maioratus, interimque seruandum esse maioratum uelut in sequestro, quousque exitus ventris intelligatur: idque propter incertitudinem, an parus, uel proximior alius, succedat in eo maioratus: interimq; sustentandam esse mulierem de bonis ma-

A ioratus, & quoad ea præcisè alimenta, ventrem mittendum esse in possessionem, esse ea mulier alimentum habeat unde se sustentare possit, iuxta l. 1. §. mulier. l. curator, & l. cum uent. ff. de ventre in poss. mitt. Pelaez. verò de maioratib. par. 3. quæstio. 2. affirmat ventrem esse in possessionem mittendum, præstita tamen cautione, per mulierem, quod si filium masculum non pepererit, restituit omnes fructus legitimo alteri successori argumento. l. C. de Carbo. edict. & l. 1. ff. eodem tit. Exceptis tamen alimentis, quibus alita fuerit, dum ventris euentus expectatur: nam hos soluere non tenetur, nisi se finxisset prægnantem, ut constat ff. de ventre in poss. iuribus citatis. Contrarium tamen affirmat hic autor, si uultimus maioratus possessor, relinquar filiam, quæ ad maioratum non excludatur, nisi ob masculum eiusdem gradus, & relinquat vxorem prægnantem: assererat enim, tunc eam filiam mittendam esse in maioratus possessionem, donec vxor illa grauida pariat filium: quoniam, si filiam pariet, ea excluditur ab illa altera filia eiusdem ultimi possessoris maioratus, ut pote senior. Gutier. verò de pract. qq. lib. 2. q. 87. arbitrat ut in utroque euentu, ventrem in possessione maioratus esse mittendum, præstita cautione supra dicta, & satis euentu ad hanc sententiam loquuntur Molina lib. 3. de primog. c. 12. nu. 24. ut disputatio precedentem relatum est, & Greg. Lopez. l. 3. tit. 23. par. 4. gl. 1. Atque hæc sententia mihi probatur: quoniam factus ad effectum, ut in possessione mittatur eorum bonorum, in quibus succedat, si nascatur, & ad cetera, que ad ipsius commodum spectant, reputatur ac si etiam natus. l. 1. qui in utero. ff. de statu hom. & l. 1. tit. 23. par. 4. eaque de causa, interim dum est dubium, an nascetur, uel an nascetur eius sexus, ut succedat, ventrem in possessionem mittitur, ut constat ex l. 1. §. sed & si incertu. §. quare, & §. ult. ff. de ventre in poss. mitti.

B C Illud est obseruandum, cum possessio ex l. 45. Tauri, tam ciuili, quam naturalis, non transeat, mortuo ultimo maioratus possessore, nisi in legitimum immediatum successorem, atque possessoriu remedium ex ea. l. admixtam habeat causam proprietatis, utique aduersus petentem tenentam ac possessionem maioratus, admitti debet exceptio, quod sit spurcius, aut aliter illegitimus, & quacunque alia, quam eum ostendant incapacem illius; modo, ut dictum est, probentur intra tempus. l. 9. tit. 7. lib. 5. noue collectionis, ad opponendum, & probandum præscriptum. Ita Molina lib. 3. de primog. c. 13. nu. 24. & consentiunt plerique alij, quos citat, relique ex eo est satis perspicua.

D Dubium verò est, si is, cui spiritum, aut aliter illegitimum esse, obijciatur, impubes sit, aut in matris ventre adhuc lateat, mittendus sit in possessionem, maioratus, præstita satisfactione, aut, ea non præstita, mittendus sit simul cum aduersario in possessione maioratus, & nihilominus differenda sit causa illa status personæ, seu illegitimitatis, in tempus, quo patres fuerit, iuxta priuilegium Carbonianum edicti.

E Ut quid circa hoc dubium dicendum sit intelligatur, obseruandum est. Carbonianum edictum, seu beneficium ac priuilegium a Carbone prætoris fuisse introductum, eaque de causa Carbonianum fuisse nuncupatum. Id edictum continet, si pater, aut auus paternus, prætereat impuberem, ita ut, ratione præteritionis, contra tabulas possessionem in hereditate illius ei competat, & dum hereditatem, illiusque possessionem peti, illi obijciatur, non esse filium illius, aut non esse legitimum, uel esse mancipium, eaque de causa ab hereditate, illiusque possessione esse repellendum, continet, inquit, ut iudex procedat rite summariè ad cognitionem eius obiectiois, sic exceptiois causæ uel status illius, an scilicet non sit eius filius,

filius, uel sit illegitimus, aut seruus: & quid, si adhibita illa summariè & breui cognitione, certò & absque uillo dubio cõperat, rem ita habere, ut illi obijciatur, repellat eum ab hereditate, & ab illius possessione, eamque tradat alijs legitimis hereditibus: si uero rem quouis modo dubia reperiat, mittat in possessionem impuberem, aut ventrem, hoc est, matrem ratione factus, & differat causam status in tempus, quo ille ad pubertatem deueniet, præstita cautione per impuberem, aut eius matrem, quod si postea id probetur, quod illi obijciatur, restituet hereditatem eum fructibus, exceptis solis alimentis necessarijs talis impuberis, aut ventris: nisi mater se finxisset prægnantem: nam tunc etiam alimenta restituitur tenentur, ut supra dictum est. Quod si cautionem non præstet, aduersarius simul cum impubere, aut eum ventre, mittitur in possessionem eorum bonorum usque ad tempus pubertatis talis impuberis. Atque hoc appellatur Carbonianum edictum.

Antequam autem reliqua, que ad hoc Carbonianum edictum spectant, addamus, explanemus uide hæc consentiens, atque comprobentur. Quod hoc edictum, seu beneficium, competat impuberi a patre, aut ab aucto paterno, præterito, cui ea ratione competit contra tabulas, id est, contra testamentum, bonorum possessio, constat ex l. prima, §. non tantum, iuncto uerò & generaliter. ex l. tertia in princip. ff. de Carboniano edicto. Adde etiam legem. 2. tit. 12. par. sexta, que etiam exprimit, hoc edictum tantum competere, quod ad hereditatem patris, aut aucto paterni.

Quod autem hoc edictum cõperat, si ei obijciatur, quæstio de statu, quoad aliquid eorum, que commemorata sunt, constat ex l. prima, in princip. §. si quis non, §. sed & si quis. l. 3. §. si quis liberus, & per totum titulum, ff. de Carbo. edict. Competit uero hoc edictum, quando seruus obijciatur patri, aut aduersarij matri, ut causa eius status differatur in tempus pubertatis filij, si id regardat in impedimentum, quo minus filius eorum impubes, consequatur hereditatem patris, aut aucto paterni, ut quia tali impuberi obijciatur esse mancipium, aut ipsarium, uel non esse filium, aut nepotem talis aucto, ut constat ex §. sed & si quis, citato, & ex l. Titia, ff. eo. tit. Secus autem si non redundet in tale impedimentum filij, ut habetur eadem l. Titia: tunc enim continuo causa status examinatur.

Quod autem iudex tunc procedere debeat summariè ad cognitionem exceptionis status, habetur l. 1. in prin. ff. de Carbo. edict. l. 7. tit. 22. par. 3. & alias sæpè. Quod uerò, si cõperat, quod excipitur, & opponitur, certò & absque uillo dubio esse uerum, repellere debeat impuberem ab hereditate, & possessione illius, habetur l. 3. §. caute. ff. de Carbo. edict. ubi additur, in quacunque dubio mittendum esse impuberem in possessionem, & differendam esse causam in tempus pubertatis, & idè habetur l. 2. C. eod. tit. & l. 7. citata. Expendere tamen debet iudex ex circumstantijs concurrentibus, an plus expectat impuberi, differri causam status in tempus pubertatis; an uero tunc uentilari, quia faciliè expectabit in fauorem impuberis: & quia tunc facilius probabitur, quam postea: & quia, probata tunc causa status, non erit illi necesse tradere cautionem, quam forte non poterit præstare: atque ita aduersarius, ob eam cautionem non præstitam, non mittetur simul cum impubere in possessionem eorum bonorum, euntibus tuncque alia damna, que inde poterunt oriri. Quod si competere expediret, ut tunc causa status examinaretur, differenda non est, sed continuo est examinanda; alioquin differenda erit. Ita habetur l. 3. §. duæ autem. ff. de Carbo. edict. & l. 7. tit. 22. par. 3. Idem causa status differri potest in tempus pubertatis

A tis, si impubes solum contendat mitti in possessionem eorum bonorum: si uero contendat, ubi etiam ad iudicari tunc proprietatem omnium, aut aliquorum bonorum, differri non potest quæstio status, sed statim debet integrè & perfectè examinari ac definiti. Ita habetur l. 3. §. nullum. ff. de Carbo. edict. & l. 2. tit. 14. par. 6.

Quod uerò ventrem, seu mater ratione factus, mitti similiter debeat in possessione, ac proinde gaudeat Carboniano, perinde atque impubes iam natus, ex se, & ex dictis supra, satis est perspicuum, & habetur l. cum mater. ff. de Carbonian. edict. & l. 7. tit. 22. par. 3.

Quod uerò impubes, aut mater, præstare debeant prædictam cautionem, alioquin aduersarius simul cum impubere, aut eum ventre, mittetur in possessionem eorum bonorum usque ad pubertatem, habetur l. 1. C. de Carbo. edict. & l. 1. §. ff. eod. tit. & alias sæpè. Quando impubes non cauit, eaque de causa aduersarius est misus simul in possessionem eorum bonorum, quousque curator bonis tradere debeat, ut exequatur circa illa, que necessaria sunt, habetur l. sed et si. §. 1. & §. uicini. ff. de Carbo. edict. Quando aduersarius simul est coheres cum impubere, cui status causam obijciat, tunc, esto impubes caueat, simul tamen cum eo mittitur aduersarius in possessionem eorum bonorum. Ita habetur l. sed & si, in prin. ff. de Carbo. edict. Id tamen intelligo, nisi aduersarius partem suam accepisset, in qua est indubitatus hæres, & de reliqua parte impuberis cõtenderet: nam tunc, data satisfactioe ab impubere pro ea parte, de qua sola est contentio, mittendus non est aduersarius simul in possessionem illius. Quando impubes non satisfecit, eaque de causa simul cum eo misus est aduersarius in possessionem hereditatis, tunc adtenente pubertate, nisi qui fuerat impubes, satisfecit postquam fuerit requisitus, ipsoque non satisfecit, satisfecit aduersarius, amittit, qui fuerat impubes, possessionem, & traditur integre aduersario: eaque de causa, qui fuerat impubes, definit esse reus, & deinceps contendere debet de proprietate, non ut reus, sed ut actor. Ita habetur l. de bonis. §. ult. ff. de Carbo. edict.

C Impubes, interim dum est in possessione hereditatis, atque etiam ventrem, alii debent de eis bonis, siue cauentur, siue non, & esto postea uincantur, restituitur non tenentur ea alimenta, sed solum reliquum hereditatis cum fructibus. Et præstari inde debent impuberi, etiam sumptus præceptoris, & reliqui, qui ad competentia ipsius alimenta, attendita, qualitate personæ, & circumstantijs concurrentibus, fuerint necessaria. Ita habetur l. sed & si, §. an autem uelcendis, & l. de bonis. §. non solum alimentaria. ff. de Carboniano edict. l. 7. tit. 22. par. tertia, & l. secunda, tit. 14. part. 6. Aduersarius uerò, qui simul cum impubere misus sit in possessionem, alii non debet de eis bonis, ob quæ impuberi controuersiam mouet status. l. de bonis. §. qui pupillo. ff. de Carbo. edict.

D Non solum filius impubes, si a patre, aut ab aucto paterno, sit præteritus, gaudet Carboniano edicto, sed etiam si eis succedat ab intestato, excludique ab eorum hereditate ab aliquo uelit, mora aduersus eum controuersia de statu, gaudet similitè eodem edicto, locum que habent omnia, que hæcenus explicata sunt. Ita habetur l. prima, §. si quis filium. l. 3. in princip. & l. de bonis. §. huic autem. ff. de Carbo. edict. consentunt. l. 7. tit. 22. par. 3. & l. 2. tit. 14. par. 6.

E Exheredatus uerò a patre, aut ab aucto paterno, non gaudet Carboniano edicto. l. 1. §. si quis non, in fine, & §. Pomponius. ff. de Carbo. edict. Excipitur, nisi pater addat hanc causam, quia conceptus est ex

